

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[78\] : De Gigantibus](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [78] : De Gigantibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[78\] : De Gigantibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VI

[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 21 : De Gigantibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[78\] : Des Geans](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[78\] : Des Geans](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination300r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Géants](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

De Gigantibus.

SIC etiam Gigantum fabula illorum arrogantiam deprimat, qui confisi magnitudini suarum virium, vel religionem Deorum, vel Deos ipsos parui faciunt. Nam certè quidem qui plurimum valent viribus, illi minimum pollent ingenio. Hi igitur cum impudentes, & temerarii, & crudeles, & ad omnia flagitia propensi sint, facile Dei ultionem in se conuertunt, cum nulum scelus deniq; impune committatur, quare cœlesti fulmine isti sempiternis suppliciis apud inferos, & perpetuis miseris fuerunt addicti.

De Typhone.

AD explicandam ventorum quoque naturam, uel incendiorum subterraneorum, non inelegantem fabulam de Typhone antiqui excogitarunt, qui capite illum cœlum pertingere dixerunt, & altera manu orientem, altera occidentem pertingere. Venti enim à superiore aeris parte è nubibus perflare incipiunt, & vel orientem vel occidentem versus latissime perflant. Ad celeritatem ventorum exprimendam totum corpus plumis rectum Typhonis esse dixerunt, cui plura erant capita propter vires ventorum multiplicis; cum enim aliquando sint noxii, Typhoni viperarum spiras circa crura tribuerunt. Hunc Iupiter compressit, quia cœli & solis temperies his moderatur. Quam tamen fabulam alii ad historiam deduxerunt.

De Paride.

POSTEA ut non solum à temeritate & arrogantia homines abstinerent, sed ab omni parum honesto animi impetu, qui se dignos putant, ut cæteris dominentur; Paridem finxerunt pro libidine opes ingentes, & sapientiam Dearum neglexisse; atque illud iudicium obstinatè à suis postea defensum vniuersum Asiæ imperium funditus euertisse. Sic igitur ad imperatorias virtutes homines per hanc fabulam adhortabantur, ad temperantiam scilicet, & sapientiam, & Deorum metum, cum neque nobilitas, neque vires, neque opes dignæ sint imperio, si sapientia, & iis virtutibus, quæ necessariæ sunt, cæteris imperatoris careant. Quis enim vel improbo vel stulto iudicio diu lætari poterit? aut cui non vel sua scelera tandem molesta sunt? ne igitur temeraria iudicia fierent, & quantæ calamitatis autor sit libidinosus & dolosus iudex ciuitatibus admoneremur, hæc ficta sunt ab antiquis.

De Actæone.

ATQVE cum ad beneficentiam & liberalitatem & humanitatem nos sapientes per superiores fabulas adhortarentur, omniumque scelerum fundamentum esse obliuionem acceptorum beneficiorum exillimarent, significabant per Actæonis fabulam non in quosuis, sed in viros bonos tantum beneficia conferri conuenire, quia quæ ingratis fiunt hominibus, nō solū amittuntur, sed absumuntur vires quæ viris bonis adiuuandis forent opportuna. Ne igitur honori, facultatibus, vitæque nostræ insidiatores nostris sumptibus aleremus, & ut prudentiores essemus omnes in conferendis pro viribus
nostris